



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. De quibusdam exceptionibus, quas usurarii opponere possunt, vel solene contra petentes restitutionem usurarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quam obligationem ad plures etiam alios efficaciter cooperantes se extendere facile cogitanti patebit, & ex generalibus principiis de iustitia colligi potest.

## §. IV.

*De quibusdam exceptionibus, quas usurarii opponere possunt, vel solent contra petentes restitutionem usurarum.*

**P**rimò, si usurarius excipiat, contra mutuatariam petentem restitutionem usurarum, quòd liberaliter ab eo sint illæ remissæ, valida est exceptio, si spontè facta fuerit, & nulla fraus intervenierit, cum quilibet rerum suarum moderator, debitori suo remittere debitum possit, in quibus remissioni jus non resistit. Si verò petenti remissionem solvendarum, aut restitutionem solutarum usurarum, opponatur ab usurario exceptio juramenti, nulla est talis exceptio, sed potest cogi (saltem ex officio Iudicis, vel ad denuntiationem mutuatarii) usurarius, ut mutuatario vel juramentum remittat, si nondum sint solutæ usuræ, vel ut restituat solutas, ut constat ex *c. Tuas 13. h. 2.* ne scilicet usurarius ex dolo suo, & iniustitia lucrum referat.

Secundò, si contra repentem usuras excipiat, quòd vel ipse etiam, vel ille cuius est hæres, & cuius nomine repetit, usuras receperit, & non restituerit, valida est exceptio *c. Quia frustra 14. h. 2. c. Michael 17. h. 2.* quia frustra implorat legis auxilium, qui in eandem legem, cuius auxilium implorat, committit, neque audiendus est talis repetens usuras sibi debitas, antequam, quas ille

debet, restituat. Quòd si tamen Cuius non proprio nomine, aut ut hæres usurarii, usuras exigat, sed nomine Ecclesiæ suæ, non potest contra illum excipi, quòd & ipse usuras receperit, nec restituerit, quia Ecclesiæ non debet aliud delictum obesse *arg. c. 1. de re spoliat.* Prout nec contra Procuratorem nomine sui Principalis repetentem usuras, excipi utiliter potest, quòd etiam ipse ab alio usuras accepit, nec restituerit, cum neque huius delictum principali obesse possit.

Tertio, si conventus super alio delictuendis manifestus usurarius appareat, ne cogatur illas restituere, non cogatur non est. *c. Quam perniciosa 1. c.* quia talis appellatio manifeste facta est, aliter tamen loquendum, si de alio delictu appellante acceptis non cogatur, & ex justa causa interponatur appellatio, cum defensio, quæ est pars naturalis, uti est appellatio, criminolo, non intentionem, neganda non sit. Quamvis verò in specie restitui debeat, restitui *Auct. Metho. §. 5.* qui videri potest, & hæc talia vel apud Civiles, vel apud Theologos legi.

## §. V.

*De usura mentali, & obligatione restituendi ei annexa.*

**V**suram mentalem tum committit, perius jam dictum, quando quis exterius dat mutuum & accipit interius supra sortem, ea intentione, ut hæres supra sortem ex vi mutui habeat, abique eo tamen, ut intentionem hanc hæres pravam exterius manifestet, aut in pe-